



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XI. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

B. Henricus Ord. Cisterc. deceptus à mundo ad religionem transit. Ubi ad infulam vocatus, eam renuisset, nisi Deipara ei apprensens pedum, Abbatum insigne, obtulisset, & pro strenua suorum cura, quam in gravi suo pastoralì munere habiturus est, liberale præmium in cælo promisisset. *Gonon. ad an. 1273.*
 Vis mundus esse? mundum fuge.

B. Henrice, qui sæcularibus abstractus curis totum te Mariano cultui impendisti, ora pro me Deiparam, ut tenuia mea obsequia, quæ nunc ejus honori præsto, grata suscipiat, & nõ tam illorum, quàm misericordiæ suæ intuitu mihi morienti ope suâ clementer adsit. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego **N.** indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: me Deiparæ offeram etiam morte, si opus foret, defensurum eam sine macula conceptam esse.

Quæ vel Angelica puritas Virgini illi valeat comparari, quæ digna fuit sacrarium fieri Spiritus S. & habitaculum Filii Dei. *S. Bern. ser. de Ass.*

Quæstio: Pluresne sint qui credunt, an qui discredunt, Deiparam fuisse sine labe conceptam?